

sum non est, (Casaubonus Melandri nomen ab aliis exemplaribus exulare scribit.) Rondeletius depinxit. Melanuro iste similis est. Toto corpore nigrescit, circa caput ex ni-

gro purpurascit. *Cauda* saxatilium more in unam latam pinnam definit. *Hepar* habet ex rubro candidum. *Splenem* nigrum, fel aqueum, lapi-des in capite.

ARTICVLVS X.

De Sparo.

TAB. XVIII. **Q**uem Graeci σπάρεον ἀπὸ τῆς σπαί-
ρης, quod est palpitate, ut Eu-

stathius author est, Latini Sparum, seu a spargendo, seu aliunde vocant: hunc eundem cum *Rhyade* Aristotelis, et Aeliani *Aspargo*, sed perpetram, Rondeletius facit. Nec enim vel *ρύας* speciale alicujus pisces nomen est, quod Salvianus opinatur; nec videtur isto vocabulo in singulari-
Arist. H. A. uti. *Pūades* vero, quos Aristoteles,
l. 4. c. 8. fugere quoties vel piscium lotura vel navis sentina erecta est, quasi foedo tactos odore scribit, et quos *Gaza modo flutas*, modo *Spargos*, aliquando *fusaneos*, id est, *χύτας*, quod fusim retibus capiantur, vocat: ii sunt, qui frequentes quidem et simul natant, fusimque et retibus capiuntur; ducem tamen, quod *ἀγελάτοις* proprium, non habent.

Aelian. H. De *Aspargo* nihil apud Aelianum
A. l. 9. c. 46. invenies. Gillius duntaxat *Rhyades Aspargos* interpretatus est, et multis errandi occasionem praebuit. Haud parvam cum *Aurata* et *Sargo* habet similitudinem. Ab illa, cor-

pore minore et magis rotundo, rostro acutiore, et quod circa branchias nullam neque purpuream, neque nigram maculam gerat, distinguitur. Ab hoc vero, quod ex au-ro refulgeat, lituram in cauda ha-beat, capite sit magis protenso, tres *aculeos* sub spina quae est ano vicina ostentet, lienem rubrum, gracilem, oblongum, rectum, in dextro latere habeat, differt.

Littoralem Oppianus facit, Plinius inter marinos recensuit. Ovidius pelagium voluit, sed et marinis stagnis gaudet, inque iis frequenter capitur. Gregalis est, *carnivorus*, venatur et marinos pulices. Aestate circa saxosa littora *parit*. Haud olim ignobilis in cibo. Coquus apud Antippum inter lautissimos re-censet. Epicharmus inter eos ponit, quorum ne stercora quidem fas sit Diis abficere. Diphilus acrem esse *ἀπαλόσαρκον ἄβρωμον, εὐσόμαχον*, pronunciat, elixum coctu facilem, *τραγηνὸν*, difficilem addit. Raro ob parvitatem elixatur.

ARTICVLVS XI.

De Mormyro et Cantharo.

TAB. XIX. **D**e *Mormyro*, qui Oppiano μορμύρος, Ovidio *Mormyr*, Gazae

Mormur, pauca prodidere veteres. Quem Bellonius describit, Constantinopoli et alibi, nomine veluti per manus tradito, *Mormyrus* dicitur, videturque notas ab antiquis traditas, (*αιολος* seu maculosum Oppianus, *pi-ctum* Ovidius nominat) sibi vendicare. Pisces est corpore quam *Aurata*, *Sparus*, *Sargus*, et *Melanurus* longiore, et minus ad latera compreso. Capite item (utor verbis Aldrovandi) tenuiore et caelato, rostro que acutiore. Os mediocre habet, dentes exiguios, labia crassa, oculos-

que medios, branchias utrinque quaternas etc.

Littoralem esse, praeter Archestrati apud Athenaeum et Oppiani authoritatem, cottidiana piscatorum experientia testatur. Nullum non *cibum* attingit, parva animalcula, conchulas, et minora crustacea venatur; nec a terrestribus sordibus abstinet. *Parit* aestate, capitur verriculis, et plagulis, ut Plutarchus ait. Retibus inclusus, imis in vadis, sulco, crebro caudae motu depulsis arenis facto, subterlabitur. Τροφιμώτατον Hicesius facit, quia lutum olet, vilis nostro tempore habetur.

Oppian.
Halieut. l. 1.
v. 100.

Aldrovand.
de Piscibus
l. 2. c. 19.

Oppian.
Halieut. l. 1.
v. 109.

Plin. H. N.
l. 32. c. 11.

Oppian.
Hal. l. 3.
v. 126.

Athen. l. 7.

CAN-